facere ac omne iudicatum pati debebit et tenebit seq ac suos successores ad eadem omnia obligat Eundem primum peremptum terminum et alios omnes exinde consequentes eiusdem termini semper peremptorie vera infirmitate vel maiori minorennitate soccorum legione intra vel extra Regnum servitio militari ad exercitum ad munia vel aliis quibusvis dilationibus et legat impedimenta non differendo Ad quietationem ultra praedictos terminos officii Castrensis Capitaneatus Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendum omnia praemissa simplicibus vel triplicatis suspensionibus fatalibus iuris terrestris vel conventionalis ac aliis quibusvis iuris remediis et subterfugiis non subterfugiendo per quasvis modo eadem praesenti sua recognitione ad praemissa praesenti mediante

Actum Feria Tertia Post Dominicam Cantate Proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo

9/V 1651

Sielecki Consorti Reformat

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Nobilis Iwan Sielecki Masnilowic sanus mente et corpore existens a terrestris Dobrasz Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneatus Premisliensis Iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis omnibus quoad vim actus praesentis attinet totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Nobili Maryssia Sielecka Nobilis Stephani Sielecki Liko filia consorti suae Una et illius posteris summam octuaginta florenorum pecuniae polonicae ratione dotis et expeditionis illius de bonis paternis et maternis postea acceptos et in domum suam importatos necnon aliam similem summam octuaginta florenorum polonicalium ratione certi veri iusti et liquidi debiti in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium haereditariorum obligatoriorum mobilium et immobilium summa

rumq quarumcunq pecuniar[um] nunc habitarum et in post habendarum tum auri argenti clenodiorum monilium bestium vestimentorum equorum equitiis pecorum pecu dum ac totius supellectilis domesticae quocunq nomine vocitat[ae] habit[ae] et habend[ae] dedit dotavit dotalitiavit inscri psit et reformavit prout quidem dat dotat dota litiat inscribit et reformat quidem quam quidem medietatem omnium bonorum suorum mobilium et immobilium summarumq quarumvis pecuniar[um] cum omni jure dominio et proprietate omnibusq et singulis di ctae medietatis utilitatibus fructibus proventibus redditi bus emolumentis attinentiis et pertinentiis generaliter omnibus nul lis penitus exceptis praefata consors sua tenebit ha bebit et possidebit illiusq utifructu iure ac more alio rum Reformationum antiquitus in Regno Poloniae observari solitarum.

Sielecki Filio Suo Obligat

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[eal]ibus Premislien[sibus] Nobilis Fedko Sielecki de Skrzebeczowic sanus mente et corpore exemptis a terminis Di strictibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibus sibi propi is et competen[tibus] renuntio praesenti vero Castrensi Capli Premislien[sis] Jurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis omnibus quoad hunc actum praesentis attinet totaliter et plenarie incorporans atq subiciens palam libere publice ac pure expressum recognovit quia ipse Nobili Iwan Sielecki filio suo et eius posteris summam viginti florenorum polonicalium certi vero iusti et liquidi debiti mutuatiq apud ipsum pecuniam tenet. In qua quidem sum ma suprascripta praefatus recognoscens bona sua propria et haereditaria infrascripta videlicet hortum na zagumniu tum quatuor sulcos alias Cztery zagony inter metas sui Re cognoscentis ab una ex altera vero parte Nobilis Climko Siele cki item sianozec na Tozu inter metas Clin[ko] Sieleck et Iwan Skrzebeczyc in villa Sielec Terrae et districtus praesentis Premisliensis iacentia et consistentia cum omni omnimodorum jure dominio proprietate propinquitate competentiaq et quavis omnibusq et singulis bonorum praefatorum utilitatibus fructibus proventibus red ditibus emolumentis obventionibus attinentiis et perti nentiis generaliter universis nihil ex praemissis Juris dominii proprietatis ac cuiusvis competentiae et pro